



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

Sectio Secvnda. De infallibilitate Summi Pontificis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)

SECTIO II.

De infallibilitate Summi Pontificis.

§. I.

Status questionis, & prima Conclusio.

SUMMARIUM.

Papa considerari potest, ut Doctor privatus, & ut Doctor totius Ecclesie, n. 16.

Potest ut Papa damnare: quid sit declarare, quid prohibere, quid utrumque simul? n. 17.

Materia Papæ, ut Papæ, est circa fidem, & mores, n. 18.

Papa ut Doctori privato convenit etiam potestas obligandi in conscientia, n. 19.

Ut Doctor privatus errare potest etiam scienter contra fidem. DD. & rationes, n. 21. 22.

Numquam presumendum errasse, ut Doctorem privatum, ibid.

Questiones facti alia spectant ad fidem, alia non, n. 24.

Objectum Canonizationis est status gloria, & non tantum gratia, n. 25.

M. Baro negat esse de fide gloriam omnium, qui sunt in Martyrologio, n. 26.

In questione facti primum argumentum est auctoritas, n. 28.

Objectio ex M. Gravina, ibid.

ACTum sine dubio ago postquam Illustrissimus, & Excellentissimus Valentinus Archiepiscopus D. Joan. Th. Rocaberti ex doctissimo PP. Prædicatorum Ordine, in supremum Generalis Inquisitionis Hispanæ Caput assumptus, tres mole, sed eruditione, & doctrinâ longè grandiores tomos edidit, quorum primus est de infallibilitate; reliqui de potestate Romani Pontificis; adhuc tamen, quia rei necessitas exigit, ab hac questione delibandâ abstinere mihi non licet.

Nota primò in Romano Pontifice duplicem quodammodo personam considerari posse. Prima est Papæ, ut privati Doctoris, ex gr. ut Papa est Præses alicujus Congregationis, sive hæc sit Inquisitionis, sive Indicis, sive Rituum, sive alterius; nam Sixtus V. in Bullâ anni 1587. enumerat quindecim Congregationes, ait M. Mart. de Prado in Theolog. Moral. cap. 3. de Legibus, quest. 7. n. 6. immò usque ad octodecim protrahit, earumque officia, & munera adducit D. Gabriel Diaz de Vara Cubæ Episcopus apud Filgueyra in Censurâ Pontificiâ, in Anteloquio pag. 21. Secunda Papæ, ut Doctoris totius Ecclesiæ Catholicæ, seu ut loquentis, & præcipientis ex Cathedrâ; quid autem hoc sit, infra.

Nota primò in Romano Pontifice duplicem quodammodo personam considerari posse. Prima est Papæ, ut privati Doctoris, ex gr. ut Papa est Præses alicujus Congregationis, sive hæc sit Inquisitionis, sive Indicis, sive Rituum, sive alterius; nam Sixtus V. in Bullâ anni 1587. enumerat quindecim Congregationes, ait M. Mart. de Prado in Theolog. Moral. cap. 3. de Legibus, quest. 7. n. 6. immò usque ad octodecim protrahit, earumque officia, & munera adducit D. Gabriel Diaz de Vara Cubæ Episcopus apud Filgueyra in Censurâ Pontificiâ, in Anteloquio pag. 21. Secunda Papæ, ut Doctoris totius Ecclesiæ Catholicæ, seu ut loquentis, & præcipientis ex Cathedrâ; quid autem hoc sit, infra.

Diaz, Filgu.

Nota secundò, quod Papa ut loquens ex Cathedrâ tripliciter potest dâre aliquam propositionem. Primò per sententiam declarativam, declarando talem opinionem esse veram, aut falsam, & operationem ab eâ assertam esse licitam, aut illicitam. Secundò per sententiam legislativam, sive fiat prohibendo, sive præcipiendo. Tertiò per utrumque simul, nempe declarando simul, & præcipiendo, aut prohibendo. Quod paucioribus verbis conclusit Pater Ripalda tom. 3. P. Rip. contra Baium d. 1. n. 3. Pontifices posse vel prohibere tantum, vel simul damnare: dum non tantum prohibent, sed etiam damnant doctrinam aliquam, utuntur potestate definitivâ spectantē ad dogmata fidei, quæ falli non potest; non ita dum præcisè prohibent; plura enim sæpe prohibent, non ob falsitatem doctrinæ nocivam fidei, sed ob jurgia, & scandala noxia Fidelium paci; ita prohibita est, non tamen damnata, doctrina de Conceptione Deiparæ cum labe.

Nota tertiò, quod materia circa quam Papa loquitur ex Cathedrâ, alia est circa fidem, alia circa mores.

Nota quartò, quod licet Papæ, ut Doctori privato, non conveniat infallibilitas, illi tamen competit auctoritas legislativa efficax, seu obligans in conscientia. Nam inter Doctores alij sunt, qui carent omni jurisdictione, ut Magistri in scholis, Authores in libris; alij qui eâ gaudent, ut Episcopi in suis Diocæcesibus, Generales in suis Religionibus, Inquisitores in suis Tribunalibus; his enim privatis DD. convenit auctoritas vetandi aliquam doctrinam, vel librum respectu sibi subditorum: ergo multò magis Papæ, ut Doctori privato, seu Præsidi, & Capiti alicujus Congregationis convenit vis legislativa obligans in conscientia; cum hoc discrimine, quod si legem ferat ut Doctor totius Ecclesiæ, obligat omnes Fideles; si ut Præses alicujus Congregationis, non obligat nisi eos, qui dicte Congregationi subiecti sunt. Ita loquuntur Theologi cum P. Moya tom. 1. tr. 2. d. 8. quest. 6. n. 22. in quo plura singularia omnino legenda; distinguit enim in Papâ rationem Doctoris Ecclesiæ, & Doctoris particularis, & ut Doctori particulari dat jus præcipiendi.

Jam quæritur, an Papa sive ut persona privata, sive ut Magister totius Ecclesiæ gaudeat infallibilitate, tum in materiâ fidei, tum in materiâ morum, tum in censuris; ita ut ejus sententia declarativa sit inconjungi-bilis cum falsitate?

Prima conclusio: Papa ut Doctor privatus potest errare circa fidem, & mores, & cen-

censuras; non tantum ex ignorantia invincibili, sed etiam scienter. Defendunt hanc sententiam plerique T. T. ita Canus lib. 6. de locis, cap. ult. ad 11. Turrecremata lib. 2. cap. 112. & lib. 4. cap. 16. Caiet. Bañez apud Dianam d. 11. res. 12. quibus addo P. Palaum tom. 1. tr. 4. d. 1. pun. 5. §. 2. n. 7. P. Val. in tom. 3. d. 1. quæst. 1. §. 40. qui ait hoc plerique docere, M. Godoy tom. 2. in 3. p. d. 29. a. n. 76. Salmanticenses tract. 17. d. 4. dub. 1. §. 1. Diez de Prado in Theatro Morali 1. p. §. 1. n. 1. P. Gaspar Hurtado de Fide d. 11. diff. 14. & 15. Herinx tom. 3. d. 6. n. 67. qui ait hanc sententiam doceri, & supponi communiter à Doctoribus contra nonnullos, P. Arfidekin tom. 1. sue Theologiæ tripartitæ tr. 1. quæst. 3. n. 4. qui citat Baronium, Bellarmi. Spon. an. & sine numero alij apud citatos. Probat: tum quia nullum est fundamentum concedendi Pontifici, ut privata personæ, privilegium non erandi; illa enim Christi D. verba, *Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua*, duo continent; primum, ut Petrus, qui tamquam particularis persona erat Christum D. negaturus, fidem non amitteret, & hoc personale Petri privilegium non transit ad Successores, quo modo non transit confirmatio in spe, charitate, & gratia; secundum, ut tamquam Pastor totius Ecclesiæ nihil posset hæreticum eam docere; & hoc transit. Tum quia ipsum Jus Canonicum expressè supponit Papam posse esse Hæreticum; nam Cap. Si Papa 40. dist. ait Symmachus Pontifex, *culpæ Pontificis redarguere supponit mortalitatem nullus, quia cunctos ipse iudicaturus, a nemine est iudicandus, nisi deprehendatur à fide devius*: ergo Pontifex ipse supponit Papam posse errare in fide, ut privatam personam. Tum quia frustra quaereretur à Theologis, ad quos tunc spectaret depositio Papæ, an tunc maneret à solo Deo depositus, ut docent Turrecr. Bellar. Castro, Aragon, P. Valenc. quia cum Ecclesia, inquit, sit minor Pontifice, non potest eum deponere; an vero deponendus esset ab Ecclesia, quando esset Hæreticus manifestus, ut Caietan. Sot. Canus, Bannez, P. Suar. P. Turrianus, P. Gran. quos citat, & sequitur P. Gaspar Hurt. d. 11. de Fide diff. 14. & M. Godoy, l. c. n. 77. Tum quia si Papa ut privata persona errare non posset, quidquid Papa loqueretur, hoc esset de fide. Hoc moneo in nullo particulari casu asserti posse, Papam ut privatam personam errasse, nam semper præsumendum est in favorem non erroris, nisi errasse positivè, & solidè probetur, ut bene Caram lib. 1. Theol. Mor. fundamento quarto n. 246. Tom. I.

pag. mihi 101. M. Gonet. tom. 4. d. 4. num. 24. M. Gonet.

Hinc communiter Theologi dicunt Papam errare posse contra prudentiam in multiplicatione legum, religionum, censurarum, etsi moneant numquam hoc præsumendum; cum semper in favorem legislatoris sana mens ferri debeat. Similiter in particularibus quæstionibus facti, non tamen omnibus, damnando innocentem, & absolvendo reum, nam potest à testibus decipi. Dixi, non omnibus: nam in quæstionibus facti nix divina Scripturæ, ex. gr. an Decipara contraxerit peccatum, & in alijs pertinentibus ad fidem, Papa est omnino infallibilis, ut Doctor totius Ecclesiæ, ut in Canonizatione Sanctorum; est enim quæstio facti, an talis vir sit in statu gloriæ: hoc enim est objectum Papæ canonizantis, declarat enim talem virum esse in statu gloriæ; non autem purè in statu gratiæ, ut bene probat Herinx Scotista tom. 3. d. 6. a. n. 92. contra Sinnichium Doctorem Lovaniensem. Quare non placet, quod Baron. 4. p. *Manuduct.* ad Analyticam Theologiam lib. 1. sect. 2. art. 2. §. 2. pag. mihi 93. dixit: *Nec tamen puto Petrum* (de Alva, quem impugnatur) *contendere, omnium, qui Martyrologio accensentur, fide Divina certam esse sanctitatem, & gloriam*. Dico enim esse de fide eorum omnium gloriam, & sanctitatem; de quo infra. Ad Baronium sibi contradicere, ut mihi videtur: nam pag. 266. ait: Fateor, si nullius nomen in hos sacros fastos referretur, nisi prius in vitam, & mores cuiusque eadem diligentia, & curâ fuisset inquisitum, quam solent adhibere Summi Pontifices, cum aliquem Divorum Catalogo adscribunt Canonizationis ritu, certè tum reputarem temerarium dubitare de sanctitate, atque eternâ felicitate cuiusquam eorum, quos Martyrologium celebraret, quia multi existimant (licet alij contra sentiant) huiusmodi solemnibus Decretis Divorū sanctitatem fide sanciri ut certam, sed quotus quisque est, quos Tabulæ Ecclesiasticæ nominant, qui eo examine, & ritu in huiusmodi fastis relatus sit, maximè ex antiquis Martyribus, qui Martyrologio adscripti sunt, manu, & fide alicujus Notarij, quem non est dubium fallere, aut falli potuisse. Hæc ad litteram Baron. Quæ si vera sunt, nutabit fides, & cultus antiquorum Martyrum; quod ægrè fero. Aliud enim est diligentia prævia, quâ hodie utuntur Pontifices in inquisitione virtutum, & miraculorum, quibus pollere debent, quotquot hodie Sanctorum fastis adscribuntur; aliud declaratio Pontificis circa eorum

N. 27. eorum sanctitatem; primum non est necessarium, ut fide Divinā credam secundum: siue ergo Sancti antiqui Martyrologio adscripti fuerint tanto rigore examinati, quanto hodie vita eorum, qui Sanctis adscribuntur, siue non, dummodo decreto Pontificio sint Sanctis adnumerati, æquali fide Divinā eorum sanctitas, & gloria credenda est. Hæc doctrinam de fallibilitate Papæ in multiplicatione legum, aliisque recensitis tradunt Herinx, Caietan. Sorus, Canus, Val. Turri, Suar. *d. 5. de Fide scilicet. 8. n. 9.* Palao *tr. 4. d. 1. prin. 1. Gasp. Hurtad. l. c.* Bellar. *lib. 4. de Rom. Pontif. cap. 5.* Diana *p. 11. ref. 14.* Rocab. *tom. 1. lib. 1. passim.*

Herin. Dices ex Gravinā *2. p. tom. 4. quest. 2. art. 5.* qui *pag. 112.* citat pro sua sententia Card. Bellar. *lib. 4. de Rom. Pontif. cap. 6.* qui tamen cum limitatione loquitur, & P. Suar. *d. 10. de Fide scilicet. 6. n. 11.* cui addo Diam *par. 11. ref. 12. de infallibilitate*, & P. Fragosum de Repub. Christiana *tom. 2. lib. 1. d. 1. §. 2. n. 32.* Papam non posse errare errore personali, seu ut privatam personam; nam cum de facto nullus erraverit, ex ipso non errore per tot sæcula in Pontificum successionem continuato optimè inferitur impotentia errandi ex speciali Dei providentiā; præsertim cum hoc ipsum cedat in Pontificum, & Sedis Apostolicæ honorem.

N. 28. Respondeo in questionibus facti nullum maius dari fundamentum, quam auctoritatem; cum ergo sit questio, an Papa, ut privata persona, gaudeat infallibili Spiritus Sancti assistentia, & nulla afferatur ex Scripturæ auctoritas; & ex altera parte, ut legenti ipsum Gravinam patebit, difficulter solvantur, quæ probant Pontifices, non fuisse immunes ab errore personali; immò Victorium V. Liberium, Honorium, Marcellinum, in hæresim lapsos constet ex Eusebio, Hieronymo, Gratiano, Adriano, ut videri potest apud P. Palao *n. 7.* & Herinx, & ipse Symmachus Pontifex, suæ utique auctoritatis conscius, supponat Papam deprehendi posse a fide devium, hinc concludo non derogari honori Sedi Apostolicæ debito, quod a nobis cum plerisque negetur ea infallibilitas, quam nec Scriptura, nec Concilia tradunt; & quam Symmachus Pontifex negare videtur. Addo argumentum non probare ex alio capite; nam licet valeat argumentum ab actu ad potentiam, non tamen à negatione actus ad negationem potentiae: ergo ex eo, quod nullus Papa erraverit errore personali, inferri non potest, non potuisse errare. Neque ego dico Papam errasse, sed errare posse, ut patet ex conclu-

sione, & DD. cum quibus sentimus. Ad do etiam me non videre, quomodo M. Gravinā piā in Pontificis reverentiā dicat *l. c.* Pontifices errore personali errare moraliter non posse; deinde eadem parte à *pag. 140.* doceat Pontificem ex Cathedrā loquentem errare posse, si non audiat, & petat consilium à Cardinalibus, & Congregatione Inquisitionis, & non procedat mature. Utique maior est reverentia in Pontifices, confirmare eorum infallibilitatem, dum ex Cathedrā loquuntur, etiam non præmissio Cardinalium consilio, & maturā deliberatione, quam eamdem tribuere, dum loquuntur, ut privatæ personæ.

N. 29. Dices secundò ex eodem *pag. 290.* de Legibus Pontificijs non tantum castè sentiendum, sed etiam religiose loquendum: ergo non potest dici Papam errare posse contra prudentiam in multiplicatione legum. Nego consequentiam, si sermo sit de potentiā ad errandum; concedo, si sermo sit de errore actuali; & ideo dixi non posse sine temeritate asseri Papam errasse; quare aliud est asserere Papam in multiplicatione legum, & excommunicationum errare posse, aliud de facto errasse. Primum tenemus: secundum semper negabimus.

§. II.

Secunda, & tertia Conclusio.

SUMMARIUM.

Papa, ut Papa, est in materiā fidei infallibilis, etiam extra Concilium, n. 30.

Cur? n. 31. 32.

Plerique errores damnati extra Concilium. Inductio, ibid.

Est infallibilis in censuris opinionum, & questionibus facti toti Ecclesie propositis, n. 33. 34. Censura Theologica unde sumatur? Ibid.

Impugnat Jansenistas negantes in questione facti infallibilitatem, n. 36.

Sæpe questio juris à questione facti vix discernitur, ib. & n. 37.

Secunda conclusio: Judicium Romani Pontificis loquentis ex Cathedrā in materiā fidei est omnino infallibile, etiam extra Concilium Generale. Ita hodie omnes Catholicos cum P. Suar. *d. 5. de Fide scilicet. 8. n. 4.* Caram. *lib. 1. Theolog. Mor. Fund. n. 249.* Rocaberti *tom. 1. lib. 1. fufissimè*; quod idem Rocab. docent non tantum omnium aliarum Nationum Theologi, sed etiam præstantiores ex Gallis, ut constat ex P. de Champs initio P. de operis de Hæresi Jansenianā, qui trahit epistolam octogintaquinque Episcoporum Gal-

lorum, qui hoc fatentur, contra paucos antiquos Catholicos, nempe Adrianum, Gerfonem, Almainum, Caïtro, quorum loca adducit Diana p. 1. 1. ref. 1. de infallibilitate; nec non Janfenitas, qui ausi sunt dicere, propositiones Janfenij ab Innocentio X. damnatas, non esse infallibili sententiâ damnatas, quia à Papâ extra Concilium.

Plurima adduci possunt ex Scripturâ, Concilijs, Jure Canonico, & PP. in favorem conclusionis, sed otioso labore, cum legi possint in Car. Bellar. lib. 4. de Rom. Pontific. P. Suar. de Fide d. 5. & tom. 3. de Religione, P. Val. 2. 2. d. 1. quest. 1. Cano libr. 5. de locis; & ex magis modernis legi potest Gravina tom. 4. p. 2. P. Giballinus de Scientia Canonica, Em. Aguirre tom. 1. in S. Anselmum, & contra Gallicani Cleri propositiones, Rocaberti l. c. P. Arldekin tom. 1. Theolog. tripartitæ tr. 1. quest. 1. & 2. Hozes in damnatas pag. 451.

Ego ita breviter, & nervosè. Primò, quia hæc infallibilitas promittitur à Christo D. Petro, ejusque Successoribus, nam Christus D. aperte dicit: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos*; quomodo autem hos, seu Ecclesiam confirmet, nisi eam docendo, & instruendo, ut credat credenda? Secundò, quia ex Matth. Ecclesia dicitur *edificanda supra petram*, & tantâ soliditate, ut porta inferi non prævaleant adversus eam; & ex Apostolo Ecclesia dicitur *Columna veritatis*; sed si Papa loquens ex Cathedrâ, seu docens totam Ecclesiam posset errare, Ecclesia neque esset *Columna veritatis*, neque sita esset, & fundata firmiter supra petram, ita ut spiritus mendacij non prævaleret adversus eam; cum enim Ecclesia teneatur suum ex Cathedrâ Magistrum audire, & ei credere; si hujus judicium, & sententia in materiâ fidei non esset infallibilis, neque quod credit Ecclesia, esset infallibiliter verum. Rursus cum implicet, ut ædificium sit firmitus fundamentum, sequitur, quòd si Ecclesiæ fundatæ supra Petrum, & supra ejus Successores promittitur Spiritus veritatis, multò magis iste promittitur fundamento, seu Pontificibus, supra quos fundatur, & ædificatur Ecclesia; nam promissio facta Ecclesiæ, ne erret, fundatur in promissione factâ Petro, & Successoribus; cum firmitas domus pendeat à firmitate petræ; in quâ fundatur.

Altera pars, quòd talis infallibilitas conveniat Pontifici ex Cathedrâ loquenti, tam intra, quam extra Concilium Generale, patet primò: quia constat ex continuâ Ecclesiæ praxi errores plerosque usque modò à

Pontificibus damnatos, damnatos fuisse extra Concilium, nam primis trecentis annis, quibus Ecclesia fundata fuit, nullum habitum fuit Concilium; & tamen damnatæ fuerunt hæreses Montanistarum, Novatianorum, Sabellianorum, Marcionistarum, Valentinianorum, & pro hæresi habitæ sunt à Catholicis. Similiter hæresis Pelagianorum, Semipelagianorum, Priscillianistarum damnatæ fuerunt extra Concilium; & sæculo præterito hæreses Lutheri à Leone X. & hoc sæculo quinque Janfenij propositiones ab Urbano VIII. Innocentio X. Alexandro VII. Secundò: quia tantum abest, ut judicium Pontificum suam infallibilitatem hauriat à Concilio Generali, quia firmitas Conciliorum non habetur nisi à Pontifice, qui potest ea rescindere, aut probare; & ideo præcipitur Petro, ut fratres, seu Ecclesiam confirmet, & Ecclesiæ seu fratribus promissa est firmitas in fide, si tamen audiant Petrum, & Successores. Tertiò: quia sæpe impossibile est ob bella, & alia impedimenta, cogere Concilium Generale, & tamen urgere necessitas, ut Papa aliquid definiat, ne hæreses in Ecclesiam serpent: ergo talis infallibilitas convenire debet Papæ independenti à Concilio. Lege P. Suar. l. c. P. Valen. tom. 3. quest. 7. §. 4. P. Giballinum, Herinx n. 80. Arldekin l. c. quest. 2. Addo ex M. Godoy tom. 3. in 3. p. esse duo longè inter se diversa, aliquid *damnatum esse in Concilio*, ac *damnatum esse à Concilio*; ad illud enim satis est, ut ab aliquibus ejus Concilij PP. damnetur; ad hoc autem necesse est, ut ea damnatio firmetur ab illo, cujus est statuta Concilij firmare; & ideo licet à PP. Concilij Francofurdienfis fuerit damnatum secundum Concilium Nicænum, præscribens cultum, & venerationem Imaginum, attamen huic censuræ Legatus Sedis Apostolicæ consensum non præbuit, immò totis viribus resistit; & ita decreta dicti Concilij Francofurdienfis quoad illud punctum nullius roboris sunt, ait M. Godoy l. c. d. 53. n. 12. Lege Illust. & Excell. Rocaberti tom. 1. lib. Rocab. 1. cap. 11. à n. 965. & seqq.

Tertia conclusio: Eadem judicij infallibilitas Papæ ex Cathedrâ loquenti convenit in censuris propositionum, immò in omnibus quæstionibus facti, toti Ecclesiæ propositis. Videtur contra Baron. 4. p. Manuduct. pag. mihi 267. vult enim inter quæstiones juris, & facti hanc esse differentiam, quòd *harum definitiones assensum pium exigant, non certum, & indubitatum, qualem videntur requirere juris definitiones*. Hæc Baron.

Et quidem sententiam Papæ esse infallibilem,

P. Suar.
P. Val.
P. Gib.
Herinx,
P. Arldekin,
M. God.

N.
33.
M. Bar.

bilem, dum censurat aliquam propositionem, ut hæreticam, non est dubium; nam eo ipso docet oppositam esse de fide: sed in veritatibus fidei, sententia Papæ est infallibilis: ergo etiam in hac censura, quod talis propositio sit hæretica, erit infallibilis. Ita omnes citati. Idem dicendum, dum censurat ut falsam. V. P. de la Fuente Hurt. *disp.* 1. q. 13. & 14. qui optimè contra Sotum, & Caietanum defendit Papam non posse errare in censuris ferendis.

P. de la
Fuente,
Caiet.
Sotus.]

N.
34

Tota ergo difficultas est in alijs censuris, puta, dum damnat aliquam propositionem ut scandalosam, &c. An sit infallibiliter verum, eam propositionem esse talem. Mihi probatur iisdem ferè rationibus, quibus antecedens conclusio: nam si non esset verum propositionem damnatam à Papa ut scandalosam, esse scandalosam, Ecclesia sequens suum Magistrum, & damnans eandem, ut scandalosam, erraret; & ejus Magister esset Ecclesiæ causa erroris: ergo nec in Ecclesiâ esset spiritus veritatis, nec in Capite Ecclesiæ esset perfectum magisterium. Secundò, quia infallibilis assistentia Spiritus Sancti facta à Christo D. Petro, & Successoribus, est absoluta, & sine limitatione, & quoad omnia saltem, quæ spectant ad veritates speculativas fidei: ergo cum spectet ad fidem censura propositionum, (censura enim Theologica, quæ notatur propositio, sumitur à maiori, vel minori oppositione talis propositionis cum veritatibus fidei, ut infra) consequenter, non est cur limitetur infallibilitatis privilegium ad solas veritates fidei, & ad immediatam oppositionem, quam habet propositio damnata, ut hæretica, cum veritate revelata, sed etiâ ad alias censuras. Hinc infero talem esse infallibiliter propositionem damnatam, qualiter eam Papa qualificat. De hoc bene Diana *p. 11. ref. 10.* Tertiò, quia Papa docens Ecclesiâ in materiâ fidei non potest errare, ut dixi: sed neque dum docet Ecclesiam in materiâ morum potest errare, ut dicam: ergo in nullâ censurâ potest errare. Consequentia probatur: quia omnis censura cadit, vel supra opinionem oppositam materiæ fidei, vel materiæ morum, qualis est, dum propositio damnatur, ut scandalosa, ut piarum aurium offensiva, &c. ergo sicut errare non potest in censurâ cadente supra propositionem oppositam materiæ fidei, ita neque in censurâ cadente supra propositionem oppositam materiæ morum. Ratio à priori est: quia Papa dum censurat, docet Ecclesiam, dicit enim hanc veritatem Ecclesiæ, putâ propositionem esse scandalosam: sed Papa docens non potest errare: ergo in censurâ, dum docet

N.
35

Ecclesiam, non potest errare.

Quod autem Romani Pontificis sententia, dum proponit toti Ecclesiæ aliquam si-
ve juris, si-ve facti quæstionem, sit infallibilis, nõ autem sit fallibilis in quæstionibus facti, ut putant Jansenistæ, facile probatur: quia Papa loquens toti Ecclesiæ non potest errare, nam promissa est Papæ ita loquenti absoluta Spiritus S. assistentia: ergo quancumque quæstionem, si-ve juris, si-ve facti, toti Ecclesiæ proponat, errare non potest, alias Ecclesia præcepto Pontificis obediens erraret. Confirmo: quia hæc sunt facti quæstiones, an Christus D. sit natus ex Virgine, an Deipara fuerit semper Virgo, an per Baptismum conferatur character, an Ecclesia antiqua usa fuerit Indulgentijs, & aliæ, quas breviter, & solidè proponit P. Ardekin *q. 3.* & tamen has omnes Leo X. contra modernos Hæreticos definivit, & præcepit toti Ecclesiæ sub anathemate, ut suam definitionem recipiat: ergo in quæstionibus, si-ve juris, si-ve facti, toti Ecclesiæ à Papa propositis, Papa errare non potest. Addo, si hoc verum non esset, valde infirmaretur Pontificis autoritas, cum sæpe discerni vix possit, an hæc quæstio sit facti, an juris; nam Jansenistæ quæstionem hanc, an talis fuerit sensus Jansenij, qualem præferunt damnatæ ab Innocentio, dicunt esse quæstionem facti, non juris; alij cum P. Ardekin *quæst. 5. n. 3.* esse juris, non facti: ergo ut Pontifex toti Ecclesiæ aliquid declaret, & ut eam obliget, ut admittat rem declaratam in quacumque materiâ, impertinens est, an quæstio sit juris, an facti. Quare firmiter tenendum, quod etiam quæstiones facti sint fidei objectum, ut bene Neusser *d. Neusse. 1. quæst. 12. pag. 8.* adeoque de fide credendum Lutherum, & Jansenium errores imputatos docuisse, & in suis libris contineri, & non tantum esse hæresim, quod docuere, sed etiam ait in *7. ratione*, credendum eos esse hæreticos.

Dices: Card. Bellarm. *lib. 4. de Pont. cap. 2.* & alij, dicunt Pontificem, ut Pontificem, errare posse in quæstionibus facti particularibus, immò hoc nos §. *antecedenti* docuimus. Respondeo me non docuisse, quod Papa, ut Papa, sed ut persona privata, possit errare in quæstione facti particulari, non connexi cum materiâ fidei; Bellar. autem, & alij, ut ait Ardekin *quæst. 3. n. 4.* non vult, quod Papa ut loquens toti Ecclesiæ possit errare, sed tantum Papam, etiam ut Papam, per modum judicis privati, errare posse in particulari controversiâ facti, ex. gr. dum aliquem excommunicat, suspendit, &c. neque, si in his erret, Ecclesia errabit; quia veritas talis senten-

N.
36

P. Ardekin.
Leo X.

P. Ardekin.

sententię non proponitur definitivè toti Ecclesię, & cum præcepto eam recipiendi.

§. III.

Quarta Conclusio.

S U M M A R I U M.

Papa, ut Papa, in materiâ morum, etiam seculo Concilio, est infallibilis, n. 38.

Cur? n. 39.

Sancti Patres etiam in morum materiâ audiendi, n. 40.

Papa nequit errare in Canonizatione, n. 41.

Canonizans utitur sæpe hac voce, definitio, declaro, ibid.

M. Baro negare videtur, credendum Fide Divinâ, quæ Papa circa jus naturale sancit, n. 42.

N. 38.

Diana.

C. Bel.

P. Stat.

P. Pal.

Herinx.

P. Mo.

yo.

P. Card.

M. Gr.

P. Hur.

ad.

Diez de

Prado.

P. de la

cab.

N.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

39.

sam Agni sine maculâ, & rugâ, quatenus amplecteretur illud inhonestum, etsi sine peccato: ergo si Papa potest in materiâ morum errare, Ecclesia potest non esse sancta. Rursum: Potest non esse columna veritatis, quatenus subdens se iudicio Papæ dicentis tale objectum in re inhonestum, esse honestum, iudicaret esse verè honestum, quod est inhonestum: ergo non esset columna veritatis. Tertio: quia daretur vel error in Papâ, ut Magistro Ecclesię, vel schisma inter iudicium Ecclesię, & iudicium Papæ eam in materiâ morum docentis: Vel enim Papa docens Ecclesiā in materiâ morum, ex.gr. docens esse inhonestum, quod est honestum, iudicat esse inhonestum, ut iudicat Ecclesiā; vel iudicat esse honestum, quamvis dicat esse inhonestum? Si Papa, & Ecclesia iudicant inhonestum, quod honestum est, Papa, & Ecclesia errant, & Papâ est insuper causa erroris, quem tenet Ecclesia: si autem Papa docens inhonestum, quod honestum est, iudicat esse honestum, & Ecclesia iudicat esse inhonestum, datur schisma inter iudicium Papæ, & iudicium Ecclesię, & aliud credit Papa docens, aliud Ecclesia obediens: ergo, ne hæc dicantur, Papa docens Ecclesiā in materiâ morum non potest errare.

Confirmo celebri testimonio S. Gregorij N. VII. in Apologiâ pro Concilio à se Romæ habito, ubi rejicit eos, qui dicunt audiendos esse Sanctos Patres in materiâ fidei, non autem morum; cum ipsi mores cum eadem fide ex Divinis Scripturis emanarint: ergo multo magis rejiciendus erit, qui asserit standum Pontifici in materiâ fidei, non autem morum. Lege Em. Aguir. tom. 1. in S. Anselmum d. 2. n. 30. Quod autem hæc infallibilitas conveniat Papæ independentem à Concilio, patet ex dictis de infallibilitate Papæ in materiâ fidei.

Hinc Doctores communiter deducunt, N. sententiam Papæ in Canonizatione Sanctorum, & in approbatione Religionum esse infallibilem, non tantum, quia non potest declarare, ut conformem Evangelicæ perfectioni Religionem, si talis non est; & declarare colendum hominem, si dignus non est; sed etiam quia Papæ canonizantes utuntur sæpe hoc verbo *definitio*, aut *declaro*, talem esse Sanctum, ait Herinx; quod tamen non est adeo certum, inquit idem Herinx, dum Papa aliquem beatificat; tunc quia non utitur eo verbo *definitio*; tunc quia Beatificatio non est pro omnibus locis, & personis, sed tantum pro aliquibus personis, & locis. Mihi tamen cum alijs probabilius est, Papam in Beatificatione errare non posse.

Quare

Baron.
N.
42.

Quare audiendus non est Baron. 4. p. Manuduct. lib. 1. f. 3. pag. mibi 214. cui, cum obiectum fuisset, M. Sotum culpasse usuræ Montes Pietatis à Leone X. approbatos; nec non M. Combeficium ausum fuisse non approbare, quæ tradit Martyrologium; & negandam absolutionem moribundo, contra Rituale Romanum ait: *Sed hæc longissime ab sunt ab illo certitudinis gradu, (nempe fidei) nam pleraque eorum ad questionem facti pertinent, qualia sunt, quæ in Martyrologio Romano continentur.* Si enim sermo sit, an quos Pontifex declarat Sanctos in Martyrologio Romano, quæ est questio facti, non est certitudine fidei credendos Sanctos, falsum omnino est; de his autem loqui est certum ex ejus verbis à me supra citatis. Prosequitur: *Quæ verò de absolutione moribundi Rituale Romanum statuit, vel de pecuniâ mutuo acceptâ ex Monte Pietatis, (de quâ Leo X.) hæc omnia spectant ad jus naturale, de quibus nil certum fidei sanciri potest, citra novam revelationem, quam nusquam Concilia, aut Pontifices legi obtendisse, se habere.* Hæc Baron. Quæ si vera sunt, non erunt credendæ fidei Divinæ, ut scandalosæ opiniones damnatæ, nec malè operabitur, qui juxta eas operetur, plures enim spectant ad jus naturale; nam si non est credendum fidei Divinæ, nullam includi usuram in pecuniâ mutuo acceptâ ex Monte Pietatis, juxta conditiones ibi itatutas, quia an sit, vel non sit, usura, spectat ad jus naturale, de quo, ut loquitur Baron. nihil certum fidei sanciri potest; nec credendum erit fidei Divinæ damnatas spectantes ad jus naturale, (plures autem sunt) esse scandalosas, nec malè operari, qui juxta eas operatur. Sed de hoc infra.

M. Bar.

§. IV.

Quinta Conclusio.

SUMMARIUM.

Papa ut Papa est in materiâ morum infallibilis, etiam dum vetat, aut præcipit, n. 43. 44.

43.

Quinta conclusio: Papa loquens ex Cathedrâ in materiâ morum non tantum non potest errare, declarando honestum, quod reverà est inhonestum, sed neque præcipiendo ut honestum, quod reverà est inhonestum.

Hæc conclusio explicat eam distinctionem, quam aliqui proprio ingenio abutentes innuunt, nempe Papam ex Cathedrâ esse quidem infallibilem, dum reflexè definit talem veritatem esse articulum fidei; non autem quando ipsam materiam directè

docet, non dicendo expressè esse articulum fidei. Similiter esse infallibilem ad summum, cum declarat materiam morum, non autem, dum legem fert.

Prima pars conclusionis patet ex dictis pro antecedenti: nam Papæ Ecclesiam docenti promissa est infallibilis assistentia Spiritus Sancti, ut veritatem sine errore doceat; dictum enim fuit Apostolis, & in illis Ecclesiæ, quod Spiritus S. docebit vos omnem veritatem: sed veritas pertinet ad mores, est veritas; similiter est veritas, quam Papa declarat, dum directè ipsam materiam docet, ex. gr. dum docet esse illicitum edere ad satietatem, quamvis non dicat reflexè talem veritatem esse articulum fidei: ergo Papa non potest errare in materiâ morum declarando aliquam veritatem, sive eam directè tantum doceat, sive reflexè addat, esse articulum fidei. Abstineo ab alijs adductis rationibus.

Secunda pars probatur mutato paululum N. 44. eodem argumento. Si Papa posset errare in materiâ morum, dum legem fert toti Ecclesiæ, præcipiendo ex. gr. ut honestum, & amplectendum, quod reverà est inhonestum, Ecclesia posset non esse omnino, etiam materialiter, sancta, sed ad summum formaliter, quatenus non peccaret obediendo Papæ. Secundò, Papa exponeret Ecclesiam periculo erroris; vel enim, dum præcipit hoc agendum, judicat illud honestum, vel inhonestum? si honestum: ergo præcipiendo non errat; si autem judicat esse inhonestum, quod præcipit: ergo Papa præcipiens toti Ecclesiæ, ut amplectatur tamquam honestum, quod ipse judicat inhonestum, exponit Ecclesiam periculo erroris. Confirmo: quia constans est apud Theologos Papam in approbatione Religionum, & in Canonizatione Sanctorum errare non posse, & quidem eâ certitudine hoc certum est, quod certum est, non posse errare in materiâ fidei, & morum, de quâ infra: sed approbans Religionem, & canonizans Sanctum, esto aliquando usus sit hæc voce *definitio*, attamen plerumque non utitur, ut videri potest apud M. Gravina, & Herinx: similiter non utitur hac voce *declaro*, aut *definitio esse de fide*: ergo licet Papa ferendo aliquam legem pro totâ Ecclesiâ nihil definiat, adhuc in eâ lege ferendâ errare non potest. Ratio à priori est omnium, quæ diximus: quia absurdum est dicere, Christum D. non providisse Ecclesiæ suæ Doctorem, qui sit supremus Judex omnium controversiarum, quæ circa fidei, & morum veritates oriuntur, ut benè Cano, P. Suares, & alij, nam ad Reipublicæ institutu-

N.
44.

M. Gravina,
Herinx.

M. Cano.
P. Suares.

institutorem pertinet ministrare omnia media ad finem necessaria: ergo cum attento fine sanctitatis, ad quam Ecclesia ordinatur, sit medium necessarium, infallibilis in materia fidei, & morum, Magistri sapientia, planè Christus D. hanc Pontifici negare non debet. Vide Patrem Palao, & Patrem Cardenas n. 46. qui ait, quod si Papa erraret in materia morum, doceret Ecclesiam propositionem erroneam.

§. V.

Solvuntur objecta.

S U M M A R I U M.

Probabilius est assistentiam Spiritus S. Papæ promissam, etsi non mature procederet, n. 45.

Est impossibile Papam non mature definire, ibid. Acceptatio Ecclesiæ non dat Papæ infallibilitatem, sed e contra, n. 46.

An sit infallibilis, dum uni tantum Regno loquitur? n. 47.

An eadem certitudine certum, Papam esse in materia morum infallibilem, quæ in materia fidei? n. 49.

Est per me de fide hunc numero hominem esse Papam, n. 50.

Licet hoc non esset de fide, infallibilitas ejus definitionum esset de fide, ibid.

Quid sit damnare propositionem in sensu jansenij? n. 51.

N. 45.

Objicies primò: Tota judicij Pontificis, totam alloquentis Ecclesiam, infallibilitas, deducitur præcipuè ex infallibili Spiritus Sancti assistentiâ, Pontifici promissâ in materia fidei, & morum, dum Ecclesiam alloquitur: sed hæc non subsistit: ergo. Minor probatur: quia vel talis assistentia est promissa Papæ tantum, si loquatur cum maturâ deliberatione, vel etiam si ad decreta sine maturâ deliberatione procedat? Non secundum: quis enim dicat Spiritum Sanctum assistere homini imprudenter definienti, præfertim cum ex Aristotele ad pauca respicientes facile pronuntient? Non primum: quia semper erit dubium, an Papa cum debita deliberatione processerit, præfertim cum Pontifices sæpe non sint versati in materia fidei, & morum, quam Ecclesiæ proponunt; quomodo autem potest adesse matura deliberatio, ubi non adest notitia materiæ?

Respondeo: Licet aliqui Theologi cum Gravina tom. 4. p. 2. quest. 2. art. 9. pag. 140. in suis præscriptionibus Catholicis, & Bordonio in Tribunali cap. 5. num. 119. & alijs apud Dianam p. 11. tract. 2. de Romano Pontifice ref. 5. doceant Spiritus S. as-

sistentiam esse tantum sub conditione maturæ deliberationis. Papæ loquenti ex Cathedra promissam; quibus addo Lastram in *questionibus prævijs ad maiorem juris Pontificij intelligentiam* tr. 1. de Summa Trinit. pag. 47. qui docet, quod prævia consultatio Cardinalium sit necessaria necessitate medijs ad infallibilitatem Papæ, & citat M. Araujo 2.2. M. Araujo quest. 1. art. 10. pag. 113. qui ambo quoque vjo. docent Papam posse in heresim incidere. Mihi tamen magis placet dicere talem assistentiam esse absolute promissam, atque adeo, etsi mature non procedat, non errabit, quomodo Prophetæ plura vera sine prævia deliberatione locuti sunt, impellente, & assistente Spiritu Sancto. Ita P. Val. tom. 3. d. 1. P. Val. quest. 1. pun. 7. §. 41. P. Palao tom. 1. tr. 4. d. 1. p. 5. §. 2. n. 12. & Pater Suar. de Fide disp. 10. sect. 6. n. 11. Nec absurdum est Spiritum Sanctum assistere Papæ imprudenter definienti; non enim assistit imprudentiæ, sed definitioni. Addo primò Spiritum Sanctum assistere Pontifici in bonum Ecclesiæ, non in bonum Pontificis. Addo secundò cum eodem P. Suar. Herinx d. 6. n. 108. & P. Card. P. Card. Herinx. Cardenas n. 106. impossibile esse, ut Papa definiat, & non definiat mature; quia sicut Spiritus Sanctus assistit Papæ definienti, ita etiam, ut prudenter definiat; Deus enim, qui promittit finem, seu infallibilitatem, non permittit Papam sine diligentia maturâ ad definitionem procedere.

Dices, dici posse infallibilitatem esse promissam Papæ, quando loquitur ex Cathedra: sed tunc tantum loquitur ex Cathedra, quando præest Concilio, vel Fideles acceptant eam declarationem: ergo non est promissa infallibilitas extra Concilium. Sed contra: quia plerique errores definiti, & damnati sunt à Papâ extra Concilium; nec opus est repetitionem Ecclesiæ est absurdum; primo, quia tantum abest, ut sit verum definitiones Pontificis fieri ratas, & infallibiles per Ecclesiæ acceptationem, quin Ecclesia obligatur acceptare, & acceptat illas, quia supponit infallibiles; quare acceptatio totius Ecclesiæ certificat quidem, quod Papa sit locutus ex Cathedra; non autem facit, quod Papa loquatur ex Cathedra: acceptatio enim est signum, non causa infallibilitatis, ut bene Caramuel lib. 1. Theologiæ Moy. Fundam. n. 254. & Neuss. d. 1. quest. 13. n. 37. pag. 19. Neuss. cum Herinx; quod multo magis verum est post 28. damnatam ab Alexandro VII. *Papulus non peccat, etsi absque ullâ causâ non recipiat legem à Principe promulgatam*, ubi damnet præcisè asserentem non peccare, si sine causâ

causā non acceptet; non autem, si cum causā iustā non acceptet; nulla autem est causā iustā non acceptandi leges Pontificias in doctrinā fidei, & morum; quilibet enim parēre tenetur superiori, eo magis, si suam auctoritatem immediate à Deo accipit, ut est Pontificia, & ei stare tenetur, ut prima regula fidei, & morum, visibili. Secundò, si infallibilitas proveniret ab acceptatione, ea non esset promissa Papæ, sed Fidelibus, qui per acceptationem facere possent, ut locutio Papæ esset infallibilis; & per non acceptationem esset fallibilis, quod est absurdum; ideò enim Fideles acceptant, quia Papa loquitur ut Papa. Plura de hoc videri possunt in Tractatu de Fide, tum in Tractatu de Legibus, tum in Authoribus explicantibus damnatas ab Alexandro. Ita Pater Moya

P. Moy. *tom. 2. tract. 6. quæst. 1. per totam*, Torrecilla
Torrec. *ir. 9. Hozes in 28. damnatam.*

N. 47. Obijcies secundo: Eo modo se habet locutio Papæ, siue lex morum feratur pro unā tantum Provinciā, siue pro totā Ecclesiā: sed si feratur pro unā tantum Provinciā non est infallibilis: ergo neque, si pro totā Ecclesiā. Respondeo Dianam, Bannez, Palao, Neusser dicere, quod etsi lex morum feratur à Papā pro unā tantum Provinciā, ea lex ut declarativa esset infallibilis, quia Papa etiam respectu illius Provinciæ est suprema regula veritatis, & quia facile posset tota Ecclesia errare amplectendo, quod Papa declaravit bonum pro unā tantum Provinciā. Verum non desunt alij, qui negant tunc infallibilitatem, & negant Papam tunc esse supremam regulam veritatis, cum uni tantum Provinciæ loquitur, & negant Deum permittitur, ut tota Ecclesia doctrinam illam amplecteretur. Sed quidquid de hoc sit, hoc certum est, Spiritum Sanctum esse promissum Papæ, dum totam Ecclesiam docet; adeoque locutio Papæ, ut dirigitur ad totam Ecclesiam, est certissime directā à Spiritu Sancto; hoc autem non est certum, dum uni tantum Provinciæ loquitur.

N. 48. Obijcies tertio: Si Papa in materiā morum non minus, ac in definitionibus fidei errare non potest, omnia decreta Pontificia essent credenda tamquam fidei articuli, ita ut, qui aliquod negaret, esset formaliter hæreticus, ut est, qui aliquem fidei articulum negat: sed hoc est contra Fidelium, & Theologorum persuasionem, putatium minorem infestē declarationibus Pontificijs, quā definitionibus fidei, certitudinem: ergo non est ita infallibile Papam non posse errare in materiā morum, ac in materiā fidei.

Respondeo hoc argumentum inquire,

quā certitudine sit certum Papam non posse errare in materiā fidei, & morum: si utrumque, ut dicam, est de fide, tunc dico, quod tam erit hæreticus, qui negabit declarationes morum esse veras, & propositiones damnatas, ut scandalosas, esse scandalosas, quam sit, qui negat definitiones fidei esse veras, & propositiones damnatas, ut hæreticas, esse hæreticas. At non est opus eo confugere, ut solvatur argumentū; potest enim dici, quod licet sit certum, quod Papa non possit errare in materiā fidei, & morum, attamen diversa certitudine; nam quod Papa non possit errare, dum declarat aliquid esse de fide, constat ad oculum ex Scripturā: quod non possit in alijs decretis, esto hoc etiam inferatur ex Scripturā, non tamen ita expresse constet promissio Spiritus S. pro declarationibus morum, ac pro declarationibus fidei.

Dices: Vel hæc infallibilitas concessa à nobis Pontifici, est tantum circa mores necessarios ad salutem; vel etiam circa non necessarios? secundum dici non potest; ergo nec primum. Respondeo cum P. de la Fuente Hurtado in Theologiā refo. *disf. 1. n. 116.* me dare infallibilitatem non tantum in præceptis morum ad salutem necessarijs, sed etiam circa alia per se bona, aut mala: neque intelligo, ut etiam notat P. Cardenas *tom. 1. P. Card. disf. 1. n. 53.* cum distinctionem Canij; doctrina enim de honestate, aut inhonestate cuiusque actionis moralis, est necessaria ad salutem, & à quolibet pendere potest nostra salus.

Obijcies quartò: Non est certum, quod talis homo sit Papa: ergo neque est certum ejus loquelam esse infallibilem. Respondeo, per omnes esse certum; per me autem, & plerisque non tantum est certum certitudine morali, sed certitudine fidei, hunc hominem esse Pontificem. Ita Pater Suar. *d. 10. de Fide scilicet. 5.* Pater Petrus Hurtado, P. P. P. Gaspar Hurtado *d. 11. diffie. 13.* P. Oviedo *contro. 4. de Fide pun. 7.* P. Palao *tract. 4. disp. 1. pun. 5. §. 2. n. 12.* & fere omnes nostri, quam opinionem Herinx *n. 85.* vocat probabiliorē. Deinde transmissio, hunc hominem non esse de fide, esse Pontificem, adhuc dico, & infra dicam, esse de fide infallibilitatem definitionum, & declarationum Pontificiarum. Ratio est, (ait Malderus *2.2. quæst. 1. art. 10. disp. 5.* & ex eo Pater Oviedo *n. 87.*) quia, ut definitiones sint de fide, satis est, quod sit moraliter certum, hunc hominem esse Papam; quomodo, ut rusticus credat aliquid de fide, satis est, si sit illi moraliter certum, Deum illud dixisse; est autem ex auctoritate sui Parochi. Quod si replices, non

non posse esse maiorem certitudinem rei definite, quam definitis, hoc nego; non enim, qui credit definitionem, credit ob auctoritatem dicentis, sed Dei revelantis, esse de fide, quod Papa proponit Ecclesiæ, ut dictum à Deo; sicut ergo potest esse maior certitudo rei definite, quam definitis, seu dicentis, ita etiam potest esse maior certitudo definitionis, quam definitis.

Alex. VII. N. 51. Dices, per hoc, quod Alexander VII. dicit quinque propositiones Jansenisticas damnatas fuisse in sensu Jansenij, non est infallibile, ita sensisse Jansenium, poterat enim Jansenius sentire oppositum ejus, quod scripsit: ergo. Respondeo Papam, dum dixit se damnasse propositiones in sensu Jansenij, non definisse, ita sensisse internè Jansenium, ut bene ratio allata; sed tantum definit, talem esse sensum verborum Jansenij; ejus enim liber exprimit sensum propositionum damnatarum, ut bene Herinx *n. 109.* & fusiùs Pater Ardekin *quæst. 5.* qui plurima doctè congerit; & *n. 3.* probat quæstionem de alicujus libri doctrinâ hæreticâ, & in sensu Authoris, esse quæstionem juris, non facti: & definitionem Pontificis circa doctrinam librorum, an sit hæretica, an Catholica, esse infallibilem. Lege *quæstionem 4. & 5.* Lege etiam Neufst. *d. 1. quæst. 15. pag. 11.* qui ait, esse de fide, quod quinque damnatæ reperiuntur in Jansenio, in sensu Jansenij, eo modo quo S. Petrus Act. 1. declaravit ita sensisse David, & B. Pius V. & Greg. XIII. ita sensisse Baium.

Herinx. P. Ardekin. De erroribus, qui tribui solent ab Hæreticis, Pontificibus definitis, vide Patrem Val. Bellar. Herinx *n. 87.* Gravinam *ll. cc. P. de la Fuente l. c. disp. 1. num. 16.* Rocab. *tom. 1. lib. 2. Gonet. tom. 4. d. 4. de Sum. Pont. a. n. 10. & alios passim.*

S E C T I O III.

De auctoritate Summi Pontificis circa opinionum probabilitatem.

§. I.

Mens, & fundamenta Doctorum.

S U M M A R I U M.

Caramuel negat auctoritatem improbabilizandi opinionem probabilem, *n. 52.*
Idem dicunt alij de intrinsicè probabili, *n. 53.*
Cur? à *n. 54.* ad *58.*
Potest intrinsicè probabilis fieri intrinsicè improbabilis, *n. 59.*
Potest cognitio speculativa, & practica tendere in idem objectum, & adhuc differre, *n. 60.*

Caram. **I.** Llust. Caram. primus omnium hanc quæstionem excitavit, annuens fortè Ant. Tom. I.

quoribus aliquibus, qui principia sententiæ hujus insinuarunt: nam Caiet. *tom. 2. Opus. tract. 6. cap. 2.* postquam dixerat, *Summi Pontificis judicio promissa est omnis veritas de necessarijs ad salutem Fidelium, & non omnis veritas naturaliter scibilis, & moralis* infra ait: *& propterea hac sicut in illis, quæ sunt fidei, Summi Pontificis auctoritas, omnibus præest rationibus, ita in his scibilibus, supra tam ipsum, quam quemcumque alium judicem, ratio naturali lumine roborata locum obtinet, contra quam (nota hoc) sola Authoris natura auctoritas, statuere, aut decidere aliquid potest: ergo (inero ego) cum decreta morum circa probabiles opiniones, non sint circa materiam fidei, consequenter Papæ auctoritas nihil facere potest, nec improbabilizare per damnationem opinionem antea probabilem, quæ est ipsissima sententia Caramuelis, qui primâ parte Theologiæ Fundamentalis *num. Caram. 260. paginâ mibi 104.* magno calore suadet, non dari in mundo visibili auctoritatem dammandi opiniones probabiles; & ideo ait, quâdo liber, vel sententia interdicitur, nõ asseritur esse improbabilis, sed neque esse probabilis, sed juxta manere in gradu probabilitatis, in quo antea; idem paucis mutatis ait *n. 386. & 387.* vult enim, quod probabiles speculativè damnentur tantum pro foro exteriori; & *n. 430.* loquens de opinione circa Missæ stipendium ait: Non potest Pontifex, nec Cardinales, declarare sententiam affirmativam esse falsam, quia non datur in mundo auctoritas, ut nigra meritò dicantur alba. Consentit ex parte huic sententiæ Magister Joannes Martinez de Prado *tom. 1. Theologiæ Moralis cap. 1. de conscientia, quæst. 2. n. 13. & tom. 2. cap. 33.* in Appendice contra Caramu. *quæst. 2. §. 3.* qui postquam Caramuelem loquentem de opinionibus extrinsecè probabilibus rejecisset, loquens de intrinsicè probabilibus, ait: Sicut nullâ humanâ auctoritate fieri potest, quod bonum sit malum, quod lux sit tenebræ, quod innocens sit reus, & e contra, ita neque, quod probabile sit improbabile, & quod verum sit falsum, & e contra. Hanc sententiam obiter insinuat Murcia *disp. 4. ref. 25.* Lumbier *tom. 1. n. 460.* cum Torrecilla *difficlt. 4. n. 20.* nam rejicit tantum sententiam Caramuelis *pun. 1.* Theologiæ Fundamentalis *n. 667.* quatenus Caramuel ait hanc consequentiam esse malam, *ex hac doctrinâ magna damna sequuntur, ergo non est probabilis:* & Franciscus Verde in suis Selectis *quæst. 9. §. 8. n. 504.* qui idem docet, quod Caramuel; non enim rejicit, quatenus docet opinionem intrinsicè probabilem nullâ auctoritate posse fieri improbabilem*

C. Caiet.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.